



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 121. Alia Septimi Canonis formula proposita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæc. XVI.

A.C. 1562.

tamen ea minus placebat; quereban-  
tur enim, quod Hispanæ Nationis Præ-  
fulibus nimium indulgeretur, ac aliunde  
prima hujus Canonis pars nimis ampla;  
altera vero circa Episcoporum potesta-  
tem nimium restricta foret. Verum  
prudentiores Viri ceterorum difficul-  
tates spernere, quam litigare malebant:  
quapropter ambo Patriarchæ Jeroſoly-  
mitanus ac Venetus Italorum Præſu-  
lum nomine ita respondebant: Hispa-  
nis placandis detur opera, sique hi  
acquiescent hujus Canonis formæ,  
tunc nos quoque ex pacis desiderio eum  
recipiemus; si vero decertandum esset,  
perspicuam clarioremque expetimus:  
Attamen Hispanorum anima Petro Soto  
tentati, nequaquam se faciles exhibue-  
re; rejiciebat enim præprimis Grana-  
tensis Archiepiscopus ea verba, *in par-  
tem sollicitudinis*, quippe hic certum  
non esse, contendebat, quod Episcopi  
a Christo Domino per summum Pon-  
tificem eius Vicarium suam potestatem  
accipient.

## §. CXXI.

*Alia septimi Canonis formula pro-  
posita.*

Seripandus Legatus, cum ob adver- *Pallav. l. 18.*  
fam valetudinem nuperis Conventi- *c. 16. n 7.*  
bus interesse præpediretur, vix com- *Ad Paleot.*  
H h 2 *& Lit. Le-*  
perta

**Sæcul. XVI.** perta hujus Canonis norma mox illam  
A.C. 1562. veluti ambiguam, sinistrisque interpre-

ationibus obnoxiam rejiciebat, ino-  
 gat. ad eandem quoque omnino diversam ce-  
 Borrom. sebat ab illa, quæ transmissa erat Por-  
 5. Nov. & Fuscari. ad tifici, qui suos Legatos jam antea mo-  
 Moron. 3. & nebat, ut ab omni verborum ambigu-  
 5. Nov. tate, quæ in deteriorem sensum deto-  
 queri posset, sedulo abstinerent: no-

vum ergo hujus Canonis exemplar pro-  
 ponere necesse erat, his verbis con-  
 ceptum: *Anathema sit, si quis dixerit,*  
*non fuisse institutum a Christo, ut in E-*  
*clesia Catholica sint Episcopi: ipsorum*  
*cum assumuntur in partem sollicitudinis i-*  
*Romano Pontifice, ejus Vicario in terra*  
*non esse veros, ac legitimos Episcopos Su-*  
*periores Presbyteris, nec habere eandem di-*  
*gnitatem, eandemque potestatem, quam*  
*haec tenus obtinuerunt.*

Vix nova hæc forma fuerat con-  
 cepta ac proposita, cum illico desuper  
 Patrum sententiæ rogarentur, quod  
 longum temporis intervallum depole-  
 bat: & tamen Granatensis Archiepi-  
 scopus suæ opinioni pertinaciter inho-  
 rens negabat, Episcopos a summo Pon-  
 tifice vocari *in partem Sollicitudinis*, af-  
 firmabatque, eosdem esse Christi non  
 Pontificis Vicarios.

§. CXXII.

